



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon
nouationes Libellus**

Vincentius <Lerinensis>

Venetij, 1549

De meritis 16

urn:nbn:de:hbz:466:1-36089

Titulus 16. De meritis.

Propositio prima in Elencho Annota. 192.

Merita uix potest constituere Augustinus.

Censura.

Merita nomine operis Christus constituit, dum Matt. 26 inquit: Voca operarios et redde illis mercedem. Et apo= 1. cor. 3 stolus noī laboris dices: Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et sapiens in Proverbijs nomine iustitiae inquiens: Seminanti fiduciam merces fide= Prover. 11 lis. Merita rursum nomine meriti constituit Apostolus his Hebr. 13 uerbis: Beneficentiae et cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Et Sapiens in ecclesiastico hoc uerborum cōtextu: Misericordia faciet locum unicuiq; Eccle. 16 secundum meritum operum suorū. Et post eos cōformiter ad ceteros catholicos doctores Augustinus meritum affe= rens constare ex libero arbitrio uertibili, et diuina gratia, ut sit meritum opus et grātiae, et liberi arbitrij uertibilis. Hęc itaq; propositio, quatenus per eā prætenditur B. Au= gustinum nō aperte et certo cōstituere merita, est manife= ste falsa, et ad impiam accedit doctrinam Lutheri de fi= de et operibus.

Propositio secunda in præfatione in Lucam.

Christus liberat uniuersos ab omnibus animarum mor= bis, tantum ut morbum agnoscamus et fidamus medico.

Tertia propositio.

Apostoli denunciabant omnibus ut pœnitentiam age= ret ante actorum malorum, ne quisquam fideret suis factis, sed tantum promissis euangelicis.

Quarta propositio. Marc. 11.

Deus à peccatoribus nec holocausta requirit, nec

C

DETERMI. SCHOL. PARISIEN.
donaria, tantum agnosce morbum & confide de medica
Censura.

Quanquam plurimū cōfert ad imperādum à Deo, qd
petitur, ardor fidei & simplex ac pura fiducia in Christo
& eius promissis illa tñ non sufficiunt, nisi addantur
opera. Quare hæ tres propositiones. quantum ad tres alii
mas earum partes, qbus prætendunt sufficere ad salutem ta
lem fiduciam in Christo & eius promissis absq; bonis ope
ribus dum fieri possunt, hæresi Ltheranae de fide & ope
bus adstipulantur.

Quinta propositio. Luc. 5.
Christus nullum aliud exigit sacrificium, quām simili
tem erga se fiduciam.

Sexta propositio. Marc. 2.
Satis sacrificauit, qui se cum plena fiducia ostendit.
Censura.

Cum euangelista hoc loco de sacrificio nihil dicat, si per
has duas propositiones intelligatur, qd' per hoc qd' Christus
fecit autoritate excellentiae non requiruntur in nobis
bona opera & satisfactio ad dimissionem peccatorum pro
peccatis post baptismum perpetratis, hæreticæ sunt: cum fe
de tenēdum sit, peccatores debere satisfacere pro peccatis,
quæ post baptismum cōmiscere, iuxta diuinæ iustitie doc
tum. Alioqui pro animabus fidelium defunctorum ministr
oraret ecclesia catholica, neq; post hanc uitam ponendam
esset purgatorium.

Septima propositio. Matth. 19.
Nullum est opus hoīs ita bonū, ut mereatur premium
æternæ uitæ. Censura.

Quamvis uita æterna suapte natura tantum sit bonum

ut absq; diuina gratia non posset quis illam mereri, afferere
 tñ hoiem cum diuina gratia illam nō posse promereri, est
 hereticū & sanctis scripturis cōtrarium, quæ ostēdunt per
 obseruationē diuinorum mandatorū perueniri ad uitā ēter-
 nam, iuxta uerbum Christi: Si uis ad uitā ingredi: serua mā Matth. 19
 data. Cum & Apostolus afferat hoīes per beneficentia & Hebræ, 13
 communionē Deum promereri. Et Sapiens de quibusdam Sap. 3
 sanctis uiris dicat: Tentauit Deus illos et inuenit dignos se.

Propositio octaua. Marci 10.

Qui premij causa certat, non certaturus nisi sciat dan-
 dum præmium, in seipsum præmio frustratur.

Censura.

Tameſi principalius Dei amore quam præmij debent
 hoīes certare & bene operari, licitum est tñ eos præmio
 moueri ad bene operandum & certandum cōtra tentatio-
 nes: & oppositū afferere erroneum est & scripturæ aduer-
 satur. Scribit enim Apostolus: Debet in ſpe, qui arat, arat. 1. cor. 9
 re: & qui triturat, in ſpe fructus percipiēdi. Probantur et Matth. 19
 à Christo Eunuchi, qui ſe caſtrauerūt propter regnum cœ-
 lorum. Et inclinauit regius propheta cor ſuum ad facien= Psal. 128
 das iuſtificationes propter retributionem.

Titulus 17. De fiducia bonorum
 operum & meritorum.

Propositio prima. In fine Diatribæ.

Lutherus pie quidem ac christiane differuit de fidu-
 cia meritorum, operum & uirium nostrarum, ac de
 tota fiducia transferenda in Deum et eius promissa.

Censura.

De abicienda fiducia operum & meritorum impie ac
 hæretice differuisse Lutherū exploratum est. De illis nāq;